

TABULA
duodecim tribuum
Jsraelitarum.
Tyrus
Chananaei
Aser
Nephtalim
Libanon mons
Ptolemais
(Accho)
Genesareth
stagnum
Zabulon
Tiberias
Nazareth
Thabor
mons
Caesarea
Manasse
Scythopolis
Jssachar
Manasse
Sebaste
Neapolis
Gerasa
Ephraim
Aulon
Jordanes Fl.
Gad
Joppe
Dan
Diospolis
Philadelphia
Jamnia
Nicopolis
(Emmaus)
Beniamin
Jericho
Livias
Azotus
Aelia (Jerusalem)
Bethleem
Ascalon
Juda
Eleutheropolis

EUSEBII PAMPHILI
EPISCOPI CAESARIENSIS
ONOMASTICON

URBIUM ET LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE.

GRAECE CUM LATINA HIERONYMI INTERPRETATIONE

EDIDERUNT

F. LARSOW ET G. PARTHEY.

ACCEDIT TABULA GEOGRAPHICA.

BEROLINI
IN AEDIBUS FRIDERICI NICOLAI
(G. PARTHEY.)

PARISIIS,
FR. KLINCKSIECK,
11 RUE DE LILLE.

1862.

LONDINI,
WILLIAMS & NORGATE
13 HENRIETTA-STREET,
COVENT-GARDEN.

EUSEBII PAMPHILI
EPISCOPI CAESARIENSIS
ONOMASTICON.

EUSEBII PAMPHILI
EPISCOPI CAESARIENSIS
ONOMASTICON

URBIUM ET LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE.

GRAECE CUM LATINA HIERONYMI INTERPRETATIONE

EDIDERUNT

F. LARSOW ET G. PARTHEY.

ACCEDIT TABULA GEOGRAPHICA.

BEROLINI
IN AEDIBUS FRIDERICI NICOLAI
(G. PARTHEY.)

PARISIIS,
FR. KLINCKSIECK,
11 RUE DE LILLE.

1862.

LONDINI,
WILLIAMS & NORGATE,
13 HENRIETTA-STREET,
COVENT-GARDEN.

VIRO INLUSTRISSIMO

AUGUSTO DE BETHMANN-HOLLWEG

D. D. D.

EDITORES.

PRAEFATIO.

Eusebii onomasticon, topographiae librorum sacrorum fons atque fundamentum, ab ipso auctore ineunte saeculo p. C. n. quarto graece conscriptum, ab Hieronymo anno, ut videtur, 388 in latinum sermonem est conversum.

Jn quo opere condendo Eusebius hunc ordinem est secutus, ut inde a geneseos libro usque ad evangelia, omnia quae ab *Α* littera incipiunt urbium et locorum nomina annotaret, deinde litteras *Β*, *Γ*, *Δ* .... eodem ordine tractaret. quo fit ut unaquaeque littera in septem vel octo partes sit divisa. singulorum

librorum inscriptiones, quas laudat Eusebius, sunt fere hae:

Γενέσεως τοῦ Α'.

Στοιχεῖον Δ, Ζ, Η .... ἀπὸ τῆς γενέσεως.

Ἀπὸ τῆς ἐξόδου. Ἐξόδου.

Ἀριθμῶν καὶ δευτερονομίου.

Στοιχεῖον Ρ τῆς Πεντατεύχου.

Ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ.

Ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ.

Ἀπὸ τῶν κριτῶν. Κριτῶν.

Βασιλειῶν Α' καὶ Β'.

Παροιμίαις.

Ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων.

Ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου.

Praeterea in Eusebii quem vocant contextu Prophetarum saepissime, Paralipomenon et aliorum veteris testamenti librorum rarius est mentio facta.

Mirum sane est, inter tot milia codicum patrum ecclesiasticorum, quibus Europae bi-

bliothecae abundant, tria tantum vel quattuor Eusebiani operis exemplaria reperiri. de quibus quae Vallarsius disseruit, hic apponamus.

„feliciori quam ulli antea editorum huiusce libri contigerit, fortuna utor, qui cum Vaticanae Bibliothecae loculos diligentia, quanta poteram, maxima perlustrarem, inter alia, quae ad rem meam facerent, Eusebiani quoque textus exemplar manu exaratum, satis antiquum, atque optimae cum primis notae deprehendi, cuiusmodi nullum exstare docti viri conquerebantur. Nimirum tres tantum hactenus innotuerant eius opusculi codices mss., quorum primum Bonfrerius e Bibliotheca Regia Parisina edidit, Martianaeus recognovit: alterum Oxoniensis servat Academia: tertium Lugduni Batavorum e Vossiana Bibliotheca in publicam eius Academiae curatores dicuntur intulisse. At huius inspiciundi copiam nemini hactenus factam Rhenferdius dolet: Oxoniensem vero a Parisino ante paucos annos fuisse descriptum, qui illi Bibliothecae praesunt non diffitentur. Ex uno

igitur Regio exemplo adornatae hactenus editiones derivantur: illud vero vix dictu est, quantis scateat mendis, quam male mulcatum, luxatum, multisque aliis modis pessime habitum sit. E contrario quod mihi datum est reperire, tametsi omni prorsus vitio non careat, est tamen tum aetatis multo vetustioris, quaeque decimum saeculum antevertat, cum longe praestantioris notae: cuius ope tot vitiosae antea lectiones restituuntur, tot supplentur lacunae, ut ex eo primum integer Eusebii textus in lucem prodire videatur. Fuit olim iste quantivis pretii ms. celeberrimi Cardinalis Sirleti, nunc inter Vaticanos numerum tenet 1456, multaque alia ad rem nostram continet, quae suo loco in graecae Appendicis admonitione memoramus."

Hunc Vaticanum codicem n. 1456 in usum nostrum Petersenius anno 1861 cum editione Vallarsiana diligentissime contulit. Eusebii onomasticon continetur foliis 2—52; lemmata maioribus litteris sunt exarata, notulae hic illic in margine adiectae. scripturam saeculi fere

decimitertii esse censet Petersenius. in fine operis Eusebiani haec leguntur:

. . . φιλεῖ γὰρ τὸ δαιμόνιον τοῖς ἀνθρώποις νύκτωρ λαλεῖν, οὐχ ἵνα φεύξωνται μὴ παθεῖν, ἀλλὰ παθόντες κουφότερον πάσχουσι.

ἐοίκασιν οἱ τῆς σοφίας ἐρασταὶ ὥσπερ ἀστάχυες, πολὺν καρπὸν φέροντες καὶ ἐπὶ τὰ κάτω τείνοντες.

βίου καθιδεῖν εἰ θέλεις δόξαν, φίλε,
ῥόδου σκοπήσας ἐκπλάγηθι τὴν θέαν,
καὶ σύνες αὖθις πῶς μαραίνεται τάχος.

Codicem Leidensem, liberalitate viri summi de Bethmann-Hollweg, ab intimis regis nostri consiliis nobis concessum, accurate perlustravimus. est chartaceus, manu recenti, ut videtur Petri Bertii exaratus, duobus voluminibus formae maximae compactus. apographum est antiquioris Jsaaci Vossii libri, optimae notae; in plerisque cum Vaticano consentit, ubi ab eo discedit, meliores fere exhibet lectiones. folio 1 verso ab altera manu haec adscripta sunt:

„Codex Ms[tus] Thuani descriptus fuit a cu-

riosa et erudita manu: nam et Graeca bene formata erant: praeferebat antiquitatem DCCC annorum. Jn medio libro ad initium elementi D expansis et explicatis paginis libri legebantur ista verba: Hic est liber Sancti Germani Autisioderensis Episcopi, si quis eum furaverit anathema sit."

Eusebii onomasticon editores nactum est:

1) Jacobum Bonfrerium. Parisiis 1631; ibidem 1659. fol.

2) Joannem Martianaeum in editione operum Hieronymi. Lutetiae, 1690. fol. t. II. p. 386—494.

3) Joannem Clericum in Sansonis geographia sacra. Amstelaedami, 1704. fol. hanc Clerici editionem, una cum Bonfrerii, Rhenferdi, Sansonis, aliorum animadversionibus recudendam curavit Blasius Ugolinus in Thesauri antiqu. sacrarum tomo quinto. Venetiis 1746. fol.

4) Dominicum Vallarsium in tomo tertio Hieronymi a se editi. Veronae, 1735. fol.

Bonfrerius codice usus est Parisino satis mendoso, quem tamen laudabili fide religiose sequi, quam coniecturas suas lecturis obtrudere maluit. Hieronymi interpretationem latinam unde sumpserit non indicavit.

Martianaeus in edendis Eusebii graecis codicem Parisinum, quo usus iam erat Bonfrerius, cum editione diligentius contulit, variaque Bonfrerii ac typothetae peccata emendavit. ad edendam Hieronymi versionem latinam multis codicibus fuit instructus, quorum ope non pauca apud Hieronymum sunt restituta. seriem autem titulorum ita mutavit, ut Hieronymi vestigiis insistens graecarum litterarum ordinem ad latinum revocaret.

Clerici editio ab annotationibus uberrimis commendatur. praeter Hieronymi versionem graecis Eusebii titulis novam interpretationem latinam adposuit editor, ita ut singulae pagellae tribus quas vocant columnis constent.

Vallarsius denique, codicem nactus Vatica-

num, Eusebii graeca castigatiora multo quam antea fuerant edidit. in disponendis titulis graecis principio codicem Vaticanum est secutus, additis etiam inscriptionibus *Γενέσεως*, *Ἐξόδου*, *Ἀριθμῶν καὶ Δευτερονομίου* etc., deinde vero in littera C latinum quod vocant alphabetum adhibet, ita ut titulum *Βηζαθὰ* sequatur titulus *Καρναείμ*, titulum *Καφερναοὺμ* excipiat titulus *Χαλάννη*, titulum *Χειμάρρους* titulus *Δασὲμ* et porro.

Jn tanta librorum differentia et confusione, Eusebii ipsius titulorum dispositionem, temporibus illis satis idoneam, recentioribus studiis minus aptam relinquere, omnesque titulos ad consuetum nobis omnibus graeci alphabeti ordinem revocare satius habuimus; quo quidem fit, ut aliquoties quae Eusebius *ἀνωτέρω κεῖσθαι* significat, *infra* memorentur: sed levissimum hoc incommodum nullius esse momenti censuimus.

Singulis Eusebii titulis hebraica urbium et locorum nomina, quoad eius fieri posset apponere, e re visum est.

Jn edenda Hieronymi interpretatione novos codices, quorum non exiguus est numerus, explorare omisimus, Vallarsii autem textum, e codice Leidensi hic illic refictum atque restitutum litteris mandavimus.

Jndicem eorum nominum, quae in hoc Eusebiano opere loco non suo posita sunt, deinde conspectum duodecim tribuum hebraicarum, tabella geographica illustratum, indicem denique in Hieronymum, lectoribus grata acceptaque fore speramus.

BEROLINI,
MENSE AUGUSTO
MDCCCLXII.

FERDINANDUS LARSOW,
GUSTAVUS PARTHEY.

EUSEBII ONOMASTICON.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ.

Ὥσπερ ἐν προοιμίῳ τῆς ὑπὸ σοῦ προτεθείσης ὑποθέσεως, ἱερὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπε Παυλῖνε, ἐν τῷ πρὸ τούτου τὰς ἐπηγγελμένας ὑποθέσεις ἀποδοὺς καὶ πρῶτα μὲν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα φωνὴν μεταβαλὼν τὰς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένας ἑβραίοις ὀνόμασι προσρήσεις, ἔπειτα τῆς πάλαι Ἰουδαίας ἀπὸ πάσης βίβλου καταγραφὴν πεποιημένος, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ τῶν δώδεκα φυλῶν διαιρῶν κλήρους, καὶ ἐπὶ τούτοις, ὡς ἐν γραφῆς τύπῳ

3 *τῶν*] *sic Vat., om. reliqui.* 7 hic ille est Paulinus qui ex episcopo Tyri factus est episcopus Antiochenus sanctitate clarus. cf. Euseb. contra Marcell. 12 *ἔπειτα τὰ τῆς Leid.* 15 *διαίρων Leid.* 16 *γραφῆς om. Leid.*

Jncipit praefatio Sancti Hieronymi in librum de situ et nominibus locorum hebraicorum.

Eusebius, qui a beato Pamphilo martyre cognomen sortitus est, post decem ecclesiasticae historiae libros, post temporum canones, quos nos latina lingua edidimus, post diversarum vocabula nationum, quae quomodo olim apud Hebraeos dicta sint et nunc dicantur exposuit, post chorographiam terrae Judaeae et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Jerusalem templique in ea cum brevissima expositione picturam, ad extremum in hoc opusculo laboravit, ut congregaret nobis de sancta scriptura omnium pene urbium montium fluminum viculorum et diversorum locorum vocabula, quae vel eadem manent, vel immutata sunt postea,

10 chorographiam] topographiam *Leid.* cosmographiam *alii codices,* orthographiam. *Vall.*

τῆς πάλαι διαβοήτου μητροπόλεως αὐτῶν, λέγω δὴ τὴν Ἱερουσαλήμ, τοῦ τε ἐν αὐτῇ ἱεροῦ τὴν εἰκόνα διαχαράξας μετὰ παραθέσεως τῶν εἰς τοὺς τόπους ὑπομνημάτων, ἑξῆς ἐν τούτῳ καὶ ἀκολούθως ἐκείνοις, ὡς ἂν εἰς τὸ χρήσιμον τῆς ὅλης ὑποθέσεως προηυτρεπισμένοις τὴν σὴν ἐπισυνάψω πρόθεσιν τῶν ἐπὶ τῇ θείᾳ φερομένων γραφῇ πατρίῳ γλώττῃ πόλεων καὶ κωμῶν τὰς σημασίας, ποίας τε χώρας εἶεν, καὶ ὅπως αὐτὰς οἱ καθ᾽ ἡμᾶς ὀνομάζουσιν, εἴτε τοῖς παλαιοῖς ὁμοίως, εἴτε καὶ ἑτέρως μεταβάλλονται, ἐκθέμενος. ἀπὸ πάσης μὲν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀναλέξω τὰ ζητούμενα, ἐκθήσομαι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἕκαστα εἰς εὐχερῆ κατάληψιν τῶν σποράδην ἐν τοῖς ἀναγνώσμασιν ὑποπιπτόντων.

1 αὐτῆς *Leid.* 7 προηυτρεπισμένην *Leid.* 13 ὅμοια *Leid.* || ἑτέροις *Leid.* 14 μεταβάλλουσιν *Leid.*

vel aliqua ex parte corrupta: unde et nos admirabilis viri sequentes studium, secundum ordinem literarum, ut sunt in graeco posita transtulimus, relinquentes ea quae digna memoria non videntur, et pleraque mutantes. semel enim et in temporum libro praefatus sum, me vel interpretem esse vel novi operis conditorem, maxime cum quidam vix primis imbutus literis hunc eumdem librum ausus sit in latinam linguam non latine vertere: cuius imperitiam ex comparatione eorum quae transtulimus prudens statim lector inveniet. ut enim mihi excelsa non vindico, ita terrae cohaerentia supergredi posse me credo.

11 vertere] reddere *Leid.* 14 inhaerentia me supergredi *Leid.* 15 credo] confido *Leid.*

Ἀαλίμ, Ἀκύλας τῶν ἐλαφίνων, Θεοδοτίων τῶν πετρῶν τῶν ἐλάφων.

הַיְּעֵלִים 1 *reg.* 24, 3.

Ἀβαρείμ, ὄρος ἐν ᾧ Μωϋσῆς ἐτελεύτα. λέγεται δὲ εἶναι ὄρος Ναβαύ, καί ἐστιν ἡ γῆ Μωὰβ ἀντικρὺ Ἱεριχὼ ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἐπὶ κορυφὴν Φασγώ. καὶ δείκνυται ἀνιόντων ἀπὸ Λιβιάδος ἐπὶ Ἐσεβοῦν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καλούμενον, πλησίον τοῦ Φογὼρ ὄρους, οὕτω καὶ εἰς δεῦρο χρηματίζοντος, ἔνθα καὶ ἡ χώρα εἰς ἔτι νῦν ὀνομάζεται Φασγώ.

עֲבָרִים *num.* 27, 12. 33, 47. 48. *deut.* 32, 49.

3 *Ἀβαρείμ*] *sic Vat. Leid., Ἀραβείμ Vall.* 4 *Ναβαὺ Leid., Ναβάν reliqui.* 9 *Φωγὼρ Leid.* 12 *Φωγώ Leid.*

Ἀβδώμ, κλήρου Ἀσήρ.

עַבְדוֹן *Jos.* 21, 30.

13 *Αβδωμ Leid., Ἀρδώμ reliqui.*

Ἄβελ ἀμπελών, ἔνθα ἐπολέμησεν Ἰεφθάε, γῆς υἱῶν Ἀμμών· ἥ ἐστιν εἰς

Ahialim, pro quo Aquila transtulit cervorum, Theodotio lapides cervorum.

Abarim, mons in quo mortuus est Moses. dicitur autem et mons esse Nabau, in terra Moab contra Jericho supra Jordanem in supercilio Phasga. ostenditurque ascendentibus de Liviade in Esbum antiquo hodieque vocabulo iuxta montem Phogor, nomen pristinum retinentem, a quo circa eum regio usque nunc appellatur Phasga.

10 Phogo *Leid.*

Abdon, in tribu Aser, civitas separata Levitis.

Abel vinearum, ubi dimicavit Jephte, in terra filiorum Ammon; nam et usque in

ἔτι νῦν κώμη ἀμπελοφόρος Ἄβελ, ἀπὸ ϛ´ σημείων Φιλαδελφίας. καὶ ἄλλη πόλις ἐπίσημος Ἀβελὰ οἰνοφόρος καλουμένη, διεστῶσα Γαδάρων σημείοις ιβ´ τοῖς πρὸς ἀνατολάς. καὶ τρίτη τις αὐτὴ Ἀβελὰ τῆς Φοινίκης μεταξὺ Δαμασκοῦ καὶ Πανεάδος.

אָבֵל כְּרָמִים *iud.* 11, 33.

5 *τοῖς om. Bonfr.*

Ἀβελμαελαί, πόλις ἑνὸς τῶν ἀρχόντων Σολομῶνος, ὅθεν Ἐλισσαῖος. κώμη νῦν ἐστιν ἐν τῷ Αὐλῶνι, Σκυθοπόλεως διεστῶσα σημείοις ι´, ἣ νῦν καλεῖται Βηθμαιελά. ἔστι δὲ καὶ Ἀβελμεὰ κατιόντων ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Σκυθόπολιν.

אָבֵל מְחוֹלָה *iud.* 7, 22; 3 *reg.* 4, 12. 19, 16.

Ἀβελσατγείν, τόπος τῆς ἐρήμου κατὰ δυσμὰς Μωάβ.

אָבֵל הַשִּׁטִּים *num.* 33, 49.

15 *Ἀβελσαττείμ Leid.*

Ἀβενά, ποταμὸς Δαμασκοῦ.

אֲבָנָה 4 *reg.* 5, 12.

Ἀβενεζέρ, λίθος βοηθοῦ, τόπος ὅθεν

praesentem diem, in septimo lapide Philadelphiae, villa Abela cernitur vinetis consita; alia quoque est civitas nomine Abela, vini fertilis, in duodecimo a Gadaris milliario contra orientalem plagam; necnon et tertia in Phoenice Abela, inter Damascum et Paneadem.

Abelmaula, urbs unius de principibus Salomonis, unde fuit et Eliseus propheta. est autem nunc vicus in Aulone, de quo supra diximus, in decimo a Scythopoli milliario, contra australem plagam, nomine Bethaula. sed et Abelmea villula nuncupatur inter Neapolim et Scythopolim.

Abelsatim, locus in deserto ad meridiem Moabitarum.

15 *lege* occidentem.

Abana, fluvius Damasci.

Abenezer, quod interpretatur lapis adiu-

τὴν κιβωτὸν ἦραν οἱ ἀλλόφυλοι, μεταξὺ Αἰλίας καὶ Ἀσκαλῶνος, πλησίον Βεθσαμῆς κώμης.

אֶבֶן הָעֵזֶר 1 *reg.* 4, 1.

2 *βεθσαμὴς*] *sic Leid., βετσαμὺς reliqui.*

Ἀβωθεναήρ, πόλις ἑνὸς ἄρχοντος Σολομών.

חַוֹּת יָאִיר 3 *reg.* 4, 13.

Ἀγαλλείμ, ἐν ὁράσει τῇ κατὰ Μωαβίτιδος. καὶ νῦν ἐστι Αἰγαλεὶμ κώμη πρὸς νότον Ἀρεοπόλεως διεστῶσα σημείοις η΄.

אֶגְלַיִם *Jes.* 15, 8. *cf. Ἀρωνιείμ nota.*

Ἀγγαί, κατὰ δυσμὰς Βηθήλ, διεστήκασιν ἀλλήλων οὐ πλεῖστον. κεῖται δὲ Βαιθὴλ ἀπιόντων εἰς Αἰλίαν ἀπὸ Νέας πόλεως ἐν λαιοῖς τῆς ὁδοῦ ἀμφὶ τὸ δωδέκατον ἀπ᾽ Αἰλίας σημεῖον. καὶ ἡ μὲν Βαιθὴλ εἰς ἔτι νῦν μένει· ἡ δὲ Ἀγγαὶ τόπος ἔρημος αὐτὸς μόνον δείκνυται. καλεῖ δὲ αὐτὴν Γαὶ καὶ ἡ γραφή.

הָעַי *gen.* 12, 8. 13, 3.

12 *ἡ βαιθὴλ Vat.* 13 *ἐν λαιοῖς*] *sic Mart. Cler., ἐννέοις codices et Vall.* || *δωδέκατον*] *sic editi, δωδεκάφυλον codices.*

torii sive lapis auxiliator. est autem locus unde tulerunt Philistiim arcam testamenti, inter Aeliam et Ascalonem, iuxta villam Bethsamis.

Avoth Jair, civitas unius de ducibus Salomonis.

Agallim, et huius Jsaias meminit in visione contra Moab. est autem nunc Aegalim vicus ad australem partem Areopoleos, distans ab ea millibus octo.

Aggai, ad occidentalem plagam vergit Bethelis, non multum ab ea distans. sita est autem Bethel euntibus Aeliam de Neapoli in laeva parte viae duodecimo circiter milliario ab Aelia; et usque hodie parvus licet vicus ostenditur. sed et ecclesia aedificata est ubi dormivit Jacob pergens Mesopotamiam. unde et ipsi loco Bethel id est domus dei nomen imposuit. Aggai vero vix parvae ruinae resident, et locus tantummodo monstratur. et sciendum, quod in hebraeo g literam non habet, sed vocatur Ai, scribiturque per elementum quod apud eos dicitur ain.

Ἀγρὸς τοῦ γναφέως, παρὰ Ἡσαΐᾳ. καὶ δείκνυται ἔτι νῦν ὁ τόπος ἐν προαστείοις Ἱερουσαλήμ.

Jes. 7, 3. 36, 2.

Ἀγροῦ σκοπιά, ὄρος Μωάβ, ἐν ᾧ ἤγαγεν Βαλὰκ τὸν Βαλαὰμ ἐπὶ κορυφὴν τοῦ λελαξευμένου, ὑπερκείμενον τῆς Νεκρᾶς θαλάσσης. ὃ καὶ εἰς ἔτι νῦν δείκνυται οὐ μακρὰν τοῦ Ἀρνῶνος διεστώς.

num. 23, 14.

Ἀδαμά, μία τῆς πενταπόλεως Σοδόμων, ἅμα ταῖς λοιπαῖς ἀφανισθεῖσα.

אַדְמָה *gen.* 10, 19. 14, 2.

9 *τῆς πενταπόλεως*] *sic Leid.*, *τῆς πέμπτης πενταπόλεως reliqui.*

Ἀδαμά, Ἀκύλας Σύμμαχος χθονός, Θεοδοτίων τῆς γῆς.

11 12 *α' σ' θ' χθονὸς τῆς γῆς codices; corr. Vall.*

Ἀδαμί, κλήρου Νεφθαλείμ.

אֲדָמָה *Jos.* 19, 36.

Ἀδάρ, πόλις κλήρου Βενιαμίν.

Ἀδάρ, πόλις φυλῆς Ἐφραΐμ.

אַדָּר *Jos.* 16, 5.

Ἀδασά, φυλῆς Ἰούδα, καί ἐστι νῦν κώμη ἐγγὺς Γουφνῶν.

Ager fullonis, et hoc in Jsaia scriptum est. ostenditur autem nunc usque locus in suburbanis Jerusalem.

Agri specula mons est Moabitarum, in quem adduxit Balac filius Sephor Balaam divinum, ad maledicendum Jsrael super verticem, qui propter vehemens praeruptum vocatur excisus, et imminet mari Mortuo haud procul ab Arnone.

Adama, una de quinque civitatibus Sodomorum eversa cum caeteris.

Adama, in Jsaia, pro quo Aquila et Symmachus humum, Theodotion terram interpretantur.

Adami, in tribu Nephtalim.

Addar, civitas sortis Beniamin.

Adar, civitas tribus Ephraim.

Adasa, in tribu Judae, usque hodie vicus iuxta Guphnas. sed miror quomodo Guphnensem regionem in tribu Judae posuerit, quum perspicuum sit secundum librum Jesu in sortem eam cecidisse tribus Ephraim.

Ἀδδαρά, φυλῆς Ἰούδα πρὸς τῇ ἐρήμῳ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κώμη ὁρίου Διοσπόλεως περὶ τὴν Θαμνητικὴν οὕτω καλουμένην χώραν ἀπὸ Θαμνὰ κώμης.

אַדָּר Jos. 15, 3.

Ἀδεμμεί, κλήρου Νεφθαλείμ.

אֲדָמִי Jos. 19, 33.

Ἄδερ, πόλις ἣν ἐπολιόρκησεν Ἰησοῦς τὸν βασιλέα αὐτῆς ἀνελών.

Jos. 12, 14.

Ἀδιαθαΐμ, φυλῆς Ἰούδα. λέγεται δέ τις κώμη περὶ τὴν Γάζαν καὶ ἄλλη Ἀδαθά, καὶ περὶ Διόσπολιν ἐν ἀνατολαῖς.

עֲדִיתַיִם Jos. 15, 36.

8 ἀδιαθαῒν *Vat.*

Ἀδολάμ, φυλῆς Ἰούδα, κώμη νῦν ἐστι μεγίστη πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως, ὡς ἀπὸ σημείων ι'.

עֲדֻלָּם Jos. 15, 35.

... φυλῆς Ἰούδα, κώμη νῦν ἔρημος, ἧς ὁ τόπος καλεῖται Μαληδομνεί, κατιόν-

15 ερημη *Leid.* 15 16 ἧς ὁ τόπος *om. Leid. et novum titulum exhibet.* 16 Μαληδομνεί] *sic Vat.*, Μακδομνει *Leid.*, Μαηδομνεί *Vall.*

Addara, in tribu Juda iuxta desertum. est quoque et alia villa in finibus Diospoleos circa Thamniticam regionem, quae a Thamna villa usque hodie sic vocatur.

Addemme, in tribu Nephtalim.

Ader, urbs quam expugnavit Jesus rege illius interfecto.

Adithaim, in sorte tribus Judae. dicitur autem et quaedam villula Adia, iuxta Gazam, et alia Aditha, circa Diospolim, quasi ad orientalem plagam respiciens.

Adollam, in tribu Judae; et usque hodie vicus non parvus ad orientem Eleutheropoleos in decimo eius milliario hoc vocatur nomine.

Adommim, quondam villula, nunc ruinae in sorte tribus Judae, qui locus usque hodie vocatur Maledomim, et graece dicitur *ἀνάβασις πύῤῥων*, latine autem appellari potest ascensus rufforum sive rubentium, propter sanguinem qui illic crebro a latronibus funditur. est autem confinium tribus Judae et Beniamin, descendentibus ab Aelia Jerichum, ubi et castellum militum situm

18 Macdomim *Leid.* || graece] idcirco *Leid.* 20 sive rubentium *om. Leid.* 23 ab] de *Leid.*

των ἀπὸ Αἰλίας εἰς Ἱεριχώ, ἔνθα ἐστὶ φρούριον.

אֲדֻמִּים *Jos.* 15, 7. 18, 17.

Ἀδραμελέχ, εἴδωλον Ἀσσυρίων, καὶ Ἀνημελὲχ ὁμοίως. οἳ καὶ ἦσαν τῶν Σαμαριτῶν θεοί.

4 *reg.* 17, 31.

. . . .

Ἀενδώρ, ἡ ἐν Ἱεσραιέλ, ἔνθα παρεμβάλλουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς πόλεμον. ἔστι νῦν μεγίστη κώμη Ἀενδὼρ πλησίον τοῦ ὄρους Θαβώρ, ἐπὶ νότου, ὡς ἀπὸ σημείων δ΄.

עֵין דּוֹר 1 *reg.* 28, 7.

Ἀενιώθ, ἐν Ἱερεμίᾳ. Ἀκύλας τὰ ἐργαστήρια.

חֲנֻיּוֹת *Jer.* 37, 16. *cf. Spohn ad h. l.*

11 *ἱερειμὼθ Vat.*

Ἀερμών, ὄρος τῶν Ἀμορραίων, ὃ καλοῦσι Φοίνικες Σανιώρ· ὁ δὲ Ἀμορραῖος ἐκάλει αὐτὸ Σανέρ. φασὶν δὲ εἰς ἔτι νῦν Ἀερμὼν ὄρος ὀνομάζεσθαι, καὶ ὡς ἱερὸν τιμᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐθνῶν,

14 *ἀνιώρ Leid.* 15 *αὐτὸς ἀνέρ Vat., αὐτὸ Σανήρ Leid. Vall.*

est ob auxilia viatorum. huius cruenti et sanguinarii loci dominus quoque in parabola descendentis Jerichum de Jerosolyma recordatur.

1 2 sanguinarii et cruenti loci *Leid.* 3 Hierosolymis *Leid.*

Adramelech, idolum Assyriorum, quod et Samaritae venerati sunt.

Aelus, in deserto, ubi filii Jsrael castra metati sunt.

Aendor, quae est in Jezraela, ubi filii Jsrael se ad praelium praeparantes castra posuerunt. est et hodieque grandis vicus Aendor, iuxta montem Thabor ad meridiem in quarto milliario.

Aenioth, in Jeremia; quod Aquila vertit in officina vel tabernas.

Aermon, mons Amorrhaeorum, de quo nunc dictum est; quem Phoenices vocant Sanior et Amorrhaeus appellavit Sanir, diciturque in vertice eius insigne templum, quod ab ethnicis cultui habetur e regione

καταντικρὺ Πανεάδος καὶ τοῦ Λιβάνου. ἦν δὲ τὰ ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην καὶ πρὸς ἀνατολὰς ὅρια τῆς κατασχέσεως τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὰ μέχρις ὄρους Ἀερμὼν ἀπὸ φάραγγος τοῦ Ἀρνωνά.

חֶרְמוֹן *Jos.* 11, 3. *deut.* 3, 9.

Ἀερμών, χώρα τῶν Εὐαίων, ἣν κατέσχεν Ἰησοῦς.

חֶרְמוֹן *Jos.* 11, 3. 1 *paral.* 5, 23.

6 Ἀερμών] *sic Leid.*, Αἰλερθμών *reliqui.* 7 ὁ Ἰησοῦς *Leid.*

Ἀζαναθώθ, ὅριον Νεφθαλείμ· κώμη ἐν ὁρίοις Διοκαισαρείας ἐν τῇ πεδιάδι.

אַזְנוֹת־תָּבוֹר *Jos.* 19, 34.

8 ἀζανανώθ *Vat.*

Ἀζείκ, φυλῆς Ἰούδα.

Jos. 15, 44.

Ἄζηκα, πόλις τῶν Χαναναίων, μέχρις ἧς κατεδίωξεν Ἰησοῦς τοὺς ε' βασιλεῖς, ἥτις γέγονε φυλῆς Ἰούδα. καλεῖται δὲ καὶ νῦν Ἔξηκα κώμη ἀνάμεσον Ἐλευθεροπόλεως καὶ Αἰλίας.

עֲזֵקָה *Jos.* 10, 10. 15, 35.

Ἀζώρ, ὅριον υἱῶν Ἀμμᾶν τῆς Φιλα-

16 Ἀμμών *Cler.* ‖ τῆς] τῆς καὶ *Vat.*

Paneadis et Libani; sed et terra filiorum Jsrael trans Jordanem ad solis ortum a praerupto Arnonis usque ad montem Aermon extenditur.

Aermon, regio Evaeorum, quam obtinuit Jesus. Hebraeus vero quo praelegente scripturas didici, affirmat montem Aermon Paneadi imminere, quem quondam tenuere Evaei et Amorrhaei, de quo nunc aestivae nives Tyrum ob delicias deferuntur.

Azanoth, terminus Nephthalim. est autem et nunc vicus ad regionem Diocaesareae pertinens in campestribus.

Agziph, in tribu Judae.

Azeca, civitas Chananaeorum in parte tribus Judae, ad quam usque persequutus est Jesus quinque reges. sed et hodie vocatur villa Azeca inter Eleutheropolim et Aeliam.

Azor, sive Jazer, terminus urbis Ammon,

δελφίας, διορίζον αὐτήν τε καὶ τὴν τῶν Ἀμοῤῥαίων χώραν. καί ἐστιν ἀπ᾽ ὀκτὼ σημείων Φιλαδελφίας ἐν δυσμαῖς Ἀζὴρ κώμη, ἣ καὶ εἰς ἔτι νῦν διαμένει.

יַעְזֵר *num.* 21, 32. 32, 1.

2 ἀπὸ ὀκτὼ *Vat.*

Ἄζωτος, ἣ καὶ Ἀσκαδώδ, πόλις εἰς ἔτι νῦν διαμένουσα τῆς Παλαιστίνης, ἥτις ἦν τὸ παλαιὸν μία τῶν ε´ σατραπειῶν τῶν ἀλλοφύλων. ἣ καὶ ἀφωρίσθη τῷ Ἰούδᾳ, οὐ μὴν ἐκράτησεν αὐτῆς, ὅτι μὴ ἀνεῖλεν τοὺς ἐν αὐτῇ ἀλλοφύλους.

אַשְׁדּוֹד *Jos.* 11, 22. 15, 4.

5 Ἀσκαδώδ] *leg.* Ἀσδώδ.

Ἀηθάμ, ἐν Ἱερεμίᾳ. Ἀκύλας στερεάν, Σύμμαχος ἀρχαίαν.

אֵיתָן *Jer.* 49, 19.

Ἀθέρ, φυλῆς Ἰούδα.

עֶתֶר *Jos.* 15, 42.

13 Αθερ *Leid.*, Ἀχερεὶ *reliqui.*

Αἰά, χώρα Ἀσσυρίων.

14 αἶα *Vat.*

Αἰαλίν, πόλις ἐν γῇ Ζαβυλών, ὅθεν ἦν Αἰαλὼν ὁ κρίνας τὸν Ἰσραήλ.

אֵילֹן, אַיָּלוֹן *iud.* 12, 11. 12.

quae nunc Philadelphia dicitur, dividens eam Amorrhaeorumque regionem. et est in octavo circiter lapide eius ad solis occasum vicus Jazer usque in praesentem diem permanens.

Azotus, quae supra Asdod, usque hodie non ignobile municipium Palaestinae, et una de quinque civitatibus allophylorum; decreta quidem tribui Judae, sed non retenta ab ea, quia nequaquam veteres accolas potuit expellere.

Aethan, in Jeremia; quam Aquila validam, Symmachus interpretatur antiquam.

Ather, in tribu Judae.

Aia, in Assyriorum regione locus.

Aialim, civitas in terra Zabulon; de qua fuit et ille Aialon, qui iudicavit populum Jsrael.

Αἰάν, ταύτην εἷλεν ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων.

Αἰή, ἡ καὶ Ἀχελγαί, Σύμμαχος ἐν τοῖς βουνοῖς. αὕτη λέγεται εἶναι κατὰ πρόσωπον Μωὰβ τῆς Ἀρεοπόλεως κατὰ ἀνατολάς.

עִיֵּי הָעֲבָרִים *num.* 21, 11.

3 Ἀχελγαί] *sic Vat. Leid.*, Ἀχελυγαί *Cler. Vall.* || Σύμμαχος *add. Mart.*

Αἰλάθ, ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς ἐσχάτης θαλάσσης ἐν γῇ Ἐδώμ. κεῖται καὶ ἀνωτέρω Αἰλάς.

אֵילַת 4 *reg.* 14, 22.

8 γῇ] τῇ *Vat. Leid.* 9 ὁ Αἰλάς *Leid.*, ὁ ἀΐλας *Vat.*

Αἰλάμ, ἐν ἐσχάτοις ἐστί, παρακειμένη τῇ πρὸς μεσημβρίαν ἐρήμῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· πλωτὴ οὖσα τοῖς τε ἀπ᾽ Αἰγύπτου περῶσι καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. ἐγκάθηται δὲ αὐτόθι τάγμα Ῥωμαίων τὸ δέκατον. καλεῖται δὲ νῦν Αἰλά. ἦν δὲ καὶ Αἰλαμιτῶν τὸ παλαιὸν ἔθνος. ταύτης ἦν βασιλεὺς Χοδαλλαγόμωρ. κεῖται δὲ καὶ ἄλλη ἐν βασιλείαις Αἰλὰμ τῶν ἀλλοφύλων.

עֵילָם *gen.* 14, 1; חֵילָם 2 *reg.* 10, 16.

16 ἀϊλά *Vat.* || αἰλὰμ τῶν *Vat.*

Aian, quam expugnavit rex Assyriorum.

Ahie, quae et Achalgai; pro hac Symmachus interpretatur in collibus. est autem e regione quondam Moab, nunc Areopoleos ad orientalem plagam.

Ailath, super littus Rubri maris in terra Edom, de qua et supra dictum est.

Ailath, in extremis finibus Palaestinae iuncta meridianae solitudini et mari Rubro: unde ex Aegypto Jndiam et inde ad Aegyptum navigatur. sedet autem ibi legio romana cognomento Decima; et olim quidem Ailath a veteribus dicebatur, nunc vero appellatur Aila. sed et Elamitarum quondam natio fuit, cui imperavit Chodorlagomor, cuius in actibus quoque Apostolorum fit mentio; et in Regnorum libris urbs quaedam Palaestinae Aelam scribitur.

16 *act.* **2, 9.**

Αἰλείμ, φρέαρ Δ*ιμμών*. Ἡσαΐας τῆς κατὰ Μωαβίτιδος.

בְּאֵר אֵלִים *Jes.* 15, 8.

1 δὲ ἴμμων *Vat.* ‖ τῆς] τοῖς *Vat.*

Αἰλίμ, ἔνθα δώδεκα πηγαὶ ὑδάτων, καὶ ο΄ στελέχη φοινίκων· σταθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου.

אֵילִם *exod.* 15, 27.

4 τῶν *om. Leid.*

Αἰλμών, πόλις κλήρου Βενιαμίν, ἱερεῦσιν ἀφωρισμένη.

עַלְמוֹן *Jos.* 21, 18.

7 Αἰλμών] *sic Leid.*, Αἰλών *reliqui.*

Αἰλώθ, ταύτην ᾠκοδόμησεν Ἀζαρίας.

אֵילַת 4 *reg.* 14, 22.

8 Αἰλώθ] *sic Leid.*, Αἰλών *reliqui.*

Αἰλώμ, φάραγξ καθ᾽ ἧς ἔστη ἡ σελήνη εὐξαμένου Ἰησοῦ ἐγγὺς κώμης. ἔστι νῦν Αἰλὼν καλουμένη ἐξ ἀνατολῶν Βαιθήλ, σημείοις τρισὶ διεστῶσα. παράκειται δὲ αὐτῇ Γαβαὰ καὶ Ῥαμαὰ πόλεις Σαούλ.

אַיָּלוֹן *Jos.* 10, 12.

11 καλουμένης *Vat.*

Αἰλών, πόλις κλήρου Δάν, Λευίταις

Aelim, puteus Dimon, et huius loci in eadem visione Jsaias recordatur.

Aelim, castra filiorum Jsrael, et locus in deserto, in quo duodecim fontes et septuaginta palmarum arbores Moyses de mari Rubro exiens reperit.

Aelmon, civitas tribus Beniamin, sacerdotibus separata.

Aheloth, quam exstruxit Azarias.

Aialon, vallis atque praeruptum, super quod, orante quondam Jesu, luna stetit iuxta villam quae usque nunc Aialon dicitur, contra orientem Bethelis, tribus ab ea millibus distans haud procul a Gabaa et Rama Saulis urbibus. porro Hebraei affirmant Aialon vicum esse iuxta Nicopolim in secundo lapide pergentibus Aeliam.

Aialon, urbs sortis Dan, separata Levitis,

ἀφωρισμένη. κώμη δέ ἐστι Ἀλοὺς περὶ Νικόπολιν. ἀντὶ δὲ τοῦ Αἰλὼν οἱ ό, οὗ αἱ ἄρκτοι, ἐκδεδώκασιν.

אֵילוֹן Jos. 19, 43. iud. 1, 35, Sept.

Αἴμ, κλήρου Ἰσάχαρ.

אֶבֶץ Jos. 19, 20.

Αἱμάθ, τῆς κοιλάδος πόλις, ἣ γέγονε φυλῆς Ῥουβίν. λέγεται δὲ καὶ νῦν Ἀμαθοὺς κώμη ἐν τῇ περαίᾳ τῇ κατωτέρᾳ Πελλῶν, διεστῶσα σημείοις κα΄ εἰς νότον. καὶ ἄλλη δὲ κώμη πλησίον Γαδάρων, ὅ ἐστιν Ἐμμαθά, ἔνθα τὰ τῶν θερμῶν ὑδάτων θερμὰ λουτρά. καὶ ἐν Βασιλείαις εἴρηται· ἀπὸ εἰσόδου Αἰθὰμ ἕως τῆς θαλάσσης Ἀραβά, ἥ ἐστιν ἡ Νεκρά.

חֲמָת Jos. 13, 5; 4 reg. 14, 25.

5 Αἱμάθ] sic Leid., Αἰθάμ reliqui. 6 ἀμμαθοῦς Vat. 8 Πελλῶν] sic Vat., Πέλλης Bonfr., Πελίων reliqui. 10 ὅ] sic Vat. Leid., ἥ reliqui. || ἐμμαθᾶ Vat. Leid. 11 ὕδατα Vat. Leid. 12 leg. Αἱμὰθ.

Αἴν, κλήρου Ἰούδα ἢ Συμεών, πόλις ἱερατική.

עַיִן Jos. 19, 7.

Αἰνάν, ἥ ἐστιν ἐν παρόδῳ Θαμνά.

et est hodie vicus Alus haud procul a Nicopoli. sciendumque quod pro Aialon Septuaginta interpretes ediderunt: ubi erant ursi.

Aemes, in sorte tribus Jssachar.

Aemath, urbs quae cecidit in sortem Ruben; sed et nunc Amathus villa dicitur trans Jordanem in vigesimo primo milliario Pellae ad meridiem. est et alia villa in vicinia Gadarae nomine Amatha, ubi calidae aquae erumpunt. in Regnorum quoque libris scribitur: ab introitu Aemath usque ad mare Araba, hoc est deserti, quod est mare Mortuum. ego autem investigans reperi Aemath urbem Coeles Syriae appellari, quae nunc Graeco sermone Epiphania dicitur.

Ain, in tribu Judae sive Symeonis civitas sacerdotibus separata.

Aenan, euntibus Thamnam, nunc desertus locus et proximus Thamnae vico grandi,

ἔρημος νῦν τόπος ἐστὶν ἡ Αἰνάν, παρακείμενος τῇ Θαμνὰ εἰς δεῦρο οἰκουμένῃ μεγίστῃ κώμῃ, κειμένῃ μεταξὺ Αἰλίας καὶ Διοσπόλεως. πηγὴ δέ ἐστιν ἐν τῷ Αἰνὰν λεγομένῳ τόπῳ, παρ' ᾗ εἴδωλον ἦν παρὰ τῶν ἐγχωρίων τιμώμενον.

עֵינַיִם *gen.* 38, 14.

2 *Θαμνᾶ Leid.* 5 *παρ' ἣν Leid.*

Αἰνδά, ταύτην ἐπάταξεν Ἀσά.

3 *reg.* 15, 20.

7 *Ἀσά*] *sic Leid.*, *Ἀρά reliqui.*

Αἰνών, ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ἔνθα ἐβάπτισεν Ἰωάννης, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ. καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ὁ τόπος ἀπὸ η' σημείων Σκυθοπόλεως πρὸς νότον, πλησίον Σαλεὶμ καὶ τοῦ Ἰορδάνου.

Joan. 3, 23.

Αἰφραΐμ, πόλις κλήρου Ἰσάχαρ, καί ἐστι κώμη Ἀφραία νῦν καλουμένη ἀπέχουσα Λεγεῶνος ἐν βορείοις μιλίοις ἕξ.

חֲפָרַיִם *Jos.* 19, 19.

15 *Ἀφραία*] *sic Vat. Leid.*, *Ἀφραΐμ Vall.*

Ἀκαρκά, Σύμμαχος τὸ ἔδαφος, κώμη

17 *Ακκαρα Leid.* ‖ *Σύμμαχος om. Leid.*

qui situs est inter Aeliam et Diospolim. est et fons in supra dicto Aena loco; unde et Aenam, id est fontis nomen accepit; in quo stans idolum maxima illius regionis veneratione colitur. porro Hebraei affirmant Aenam non locum significare, sed bivium; ubi certo intuitu necessarium sit ad unam e duabus viis eligendam.

Aenda, huius expugnator atque subversor Asa rex fuit.

Aenon iuxta Salim, ubi baptizabat Joannes, sicut in evangelio cata Joannem scriptum est; et ostenditur nunc usque locus in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim et Jordanem.

Aphraim, civitas tribus Jssachar; estque hodie villa Affarea nomine in sexto milliario Legionis contra septentrionem.

Accarca, vicus in deserto situs in pos-

19 Accara *Leid.*

ἐστὶν πρὸς τῇ ἐρήμῳ κειμένη, φυλῆς Ἰούδα.

הקרקע *Jos.* 15, 3.

Ἀκελδαμά, χωρίον αἵματος, ἐν εὐαγγελίοις, ὃ καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ἐν τῇ Αἰλίᾳ, ἐν βορείοις τοῦ Σιὼν ὄρους.

4 *act.* 1, 19.

Ἀκθαρίμ. Ἀκύλας, Σύμμαχος ὁδὸς τῶν κατασκόπων, ἔνθα ὁ Χαναναῖος, ὁ καθήμενος εἰς τὸν νότον, ἐπελθὼν τῷ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ πολεμεῖ.

אתרים *num.* 21, 1.

6 Ἀκθαρίμ. Ἀκύλας, Σύμμαχος] Ἀβθαρίμα. Σύνοδος *Leid.* 8 9 ἀπελθὼν τῶν Ἰσραὴλ *Leid.*

Ἀκκαρών, φυλῆς Δάν, ἐξ εὐωνύμων τῶν Χαναναίων· πόλις μία τῶν έ σατραπειῶν τῶν ἀλλοφύλων, ἣ καὶ ἀφωρίσθη μὲν τῇ φυλῇ Ἰούδα· οὐ μὴν ἐκράτησεν αὐτῆς, ὅτι μὴ ἀνεῖλεν τοὺς ἐν αὐτῇ ἀλλοφύλους. ἣ καί ἐστι νῦν κώμη μεγίστη Ἰουδαίων Ἀκκαρὼν λεγομένη,

11 12 σατραπιῶν *Vat. Leid.* 12 13 ἀφορίσθη *Leid. et corr. Vat.* 13 μὲν *Leid.* 15 ἡ *Leid.* 16 καλουμένη *Vat. Leid.*

sessione tribus Judae, pro quo Symmachus interpretatur pavimentum.

Acheldama, ager sanguinis, qui hodieque monstratur in Aelia ad australem plagam montis Sion.

Ahetharim; pro quo Aquila et Symmachus exploratorum viam interpretati sunt; ubi adversum Chananaeum, qui ab austro contra Jsrael eruperat, in solitudine dimicatur.

6 Abetharim *Leid.*

Accaron, in tribu Dan, sive ut ego arbitror, in tribu Judae, ad laevam Chananaeorum; urbs una de quinque olim satrapiis Palaestinae, et decreta est quidem tribui Judae, nec tamen tenta ab ea, quia habitatores pristinos nequivit expellere. sed et usque hodie grandis vicus civium Judaeorum Accaron dicitur, inter Azotum et Ja-

17 civium *om. Leid.*

ἀνάμεσον Ἀζώτου καὶ Ἰαμνίας ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς.

עֶקְרוֹן *Jos.* 13, 3. 15, 11. 45.

1 Ἰαμνίας] *sic Leid.*, Ἰαμνείας *reliqui.* || ἐν τοῖς] *sic Leid.*, τοῖς *Vat.*, τῆς *Vall.* 2 ἀνατολικοῖς] *sic Vat. Leid.*, ἀνατολῆς *Vall.*

Ἀκραββείμ, ὅριον τῆς Ἰουδαίας ἀνατολικόν, φυλῆς Ἰούδα. κώμη δέ ἐστιν μόγις διεστῶσα Νέας πόλεως σημείοις θʹ ἐν ἀνατολαῖς κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ὡς ἐπὶ Ἱεριχὼ διὰ τῆς καλουμένης Ἀκραβαττίνης· λέγεται δὲ καὶ ὅριον τῶν Ἀμορραίων Ἀκραββείμ, ἀφ᾽ ἧς οὐκ ἐξῆρε τοὺς ἀλλοφύλους ἡ φυλὴ Νεφθαλείμ, ὡς ἐν Κριταῖς.

עַקְרַבִּים *num.* 34, 4; *Jos.* 15, 3; *iud.* 1, 36.

3 Ἀκραββείμ] *sic Leid.*, Ἀκραββείν *reliqui.* 9 Ἀκραβείμ *Vat. Leid.*, Ἀκραββείν *reliqui.* 10 Νεφθαλείμ] *sic Leid.*, Νεφθαλείν *reliqui.*

Ἀκσάφ, καὶ ταύτης τὸν βασιλέα ἐπολέμησεν Ἰησοῦς. λέγεται δέ τις κώμη Ἐξάδους ἐν τῇ πεδιάδι παρὰ τὸ ὄρος Θαβώρ, ἀπέχουσα Διοκαισαρείας σημείοις ηʹ.

אַכְשָׁף *Jos.* 11, 1. 12, 20.

12 Ἀχσάφ *Leid.* 13 ὁ Ἰησοῦς *Leid.* || τις] καὶ *Leid.* || κώμη ἰξ ... *Leid.* 14 τοῦ ὄρους *Leid.* 15 τῆς Διοκ. *Leid.* 16 ηʹ *om. Leid.*

mniam, ad orientem respiciens. quidam putant Accaron turrim Stratonis postea Caesaream nuncupatam.

Acrabbim, terminus Judaeae provinciae ad orientem respiciens, tribus Judae. est autem et vicus nunc usque grandis, novem millibus a Neapoli contra orientem descendentibus ad Jordanem et Jerichum, per eam quae appellatur Acrabittene; sed et confinium Amorrhaeorum Acrabbin dicitur, de quo loco non exterminavit alienigenas tribus Nephtalim, ut in Judicum libro scriptum est.

4 Acrabim *Leid.* 9 Acrabitene *Leid.*

Acsaph, et contra huius regem Jesus pugnasse describitur, appellaturque hodie villula Chasalus, in octavo lapide Diocaesareae, ad radicem montis Thabor, in campestribus.

14 Achsaph *Leid.*

Ἀκχώ, ἡ νῦν Πτολεμαΐς, κλήρου Ἀσήρ· ἀφ᾽ ἧς οὐκ ἐξῆρεν Ἀσὴρ τοὺς ἀλλοφύλους.

עַכּוֹ iud. 1, 31.

Ἀλαή, ὄρος. Ἀκύλας μερίζοντας τοὺς ὄρους λέγει αὐτούς.

הֶחָלָק Jos. 11, 17.

4 Ἄλλη Leid. || ὅρους Vat. || μερίζοντας] sic Vat. Leid., μηορίζοντας Vall. || τοῦ Vat. 5 post αὐτούς Vat. add. ὅρος ἐπὶ πανεάδα.

Ἀλασβώρ, Γωζὰν ἐν χώρᾳ Μήδων ποταμοί, ὧν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀπῳκίσθη ὁ Ἰσραήλ.

4 reg. 17, 6.

6 ἀλασαβώρ Vat.

Ἀλγάδ, ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἀερμών.

בַּעַל גָּד Jos. 13, 5.

Ἀλιμέλεχ, κλήρου Ἀσήρ.

אַלַּמֶּלֶךְ Jos. 19, 26.

Ἀλλούδ, χώρα ἡγεμόνων ἐν τῇ νῦν Γεβαληνῇ, Πέτρᾳ τῇ πόλει παρακειμένη.

12 post πόλει Vat. add. τῇ.

Ἄλφ, κλήρου Βενιαμίν.

אֶלֶף Jos. 18, 28.

Accho, quae nunc Ptolemais appellatur, sortis Aser, de qua habitatores pristinos non quivit expellere.

Ahalae, mons quem Aquila interpretatur dividentem montem, et Symmachus laevem montem, id est limpidum sive lubricum.

4 Abalach *Leid.*

Alleabar, Gozan, nomina fluminum in terra Medorum, ad quorum montes captivus ductus est Jsrael.

Agad, sita ad radices montis Aermon.

Alimelech, sortis Aser.

Allus, regio Jdumaeorum, quae nunc Gabalene dicitur, vicina Petrae civitati.

. . . .

Ἀλώθ, ἐν Ἱερεμίᾳ. τὸ ἑβραϊκὸν Λουίθ.

הלחות *Jer.* 48, 5.

Ἀλὼν Ὄρναν, αὕτη ἐστὶν Ἱερουσαλήμ.

גֹּרֶן אֹרְנָה 2 *reg.* 24, 16.

3 Ἀλὼν] *sic Vat.*, Ἄλων *Leid.*, Ἀλλὼν *Vall.* || Ὄρναν] *sic Leid.*, ὅριον *reliqui.*

Ἀμάθ, κλήρου Νεφθαλείμ.

חַמַּת *Jos.* 19, 35.

4 Ἀμάθ] *sic Leid.*, Ἀμαθί *reliqui.*

Ἀμαληκῖτις, χώρα ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ πρὸς μεσημβρίαν τῆς Ἰουδαίας, ὑπερκειμένη τῆς νῦν καλουμένης Πέτρας πόλεως ἀπιόντων εἰς Αἰλά. ἐπισημαίνεται δὲ καὶ ἡ γραφὴ λέγουσα· Ἀμαλὴκ δὲ κατῴκει ἐν τῇ γῇ πρὸς νότον. ἐκ γειτόνων δὲ αὐτῶν ἄλλος Χαναναῖος ὑπῆρχεν, ὁ καὶ πολεμήσας τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ὃ καὶ αὐτὸ μαρτυρεῖ ἡ γραφὴ λέγουσα· ὁ δὲ Ἀμαλὴκ καὶ οἱ Χαναναῖοι κατοικοῦσιν ἐν τῇ κοιλάδι.

עֲמָלֵק *num.* 13, 30. 14, 25.

5 Ἀμαληκῖτις *Voss.*, Ἀμαληκίτης *reliqui.* 10 νῶτον *Vat.* 11 ἄλλος] ἄλλος ὁ *Leid.*, ἀλλ' ὁ *Vat.*

Ἀμαρχαυών, κλήρου Συμεών.

בֵּית־הַמַּרְכָּבֹת *Jos.* 19, 5.

16 *graeca om. Leid.* || Ἀμαρχαβών *Vat.*

Alaoth, in Jeremia; pro quo in hebraeo legitur Luit.

Area Ornan, haec est Jerusalem.

3 Ornan] *sic Leid.*, orne *editi.*

Amath, in tribu Nephtalim.

Amalecitis, regio in deserto ad meridiem Judaeae trans urbem Petram euntibus Ailam; cuius et scriptura recordatur, dicens: Amalec habitabat in terra ad austrum. sed et iuxta eum alius Chananaeus habitabat, qui et dimicavit contra filios Jsrael in deserto; de quibus scribitur: Amalec autem et Chananaeus habitant in valle.

5 Amalechitis *Leid.*, Amalecites *editi.*

Amarchaboth, in tribu Symeonis.

13 Amarchaboth] *sic Leid.*, Amarchabob *editi.*

Ἀματά, φυλῆς Ἰούδα.

חֻמְטָה Jos. 15, 54.

Ἀμειθθὰ ἢ Ἀδασαΐ. Σύμμαχος τὴν κατωτέραν ὁδόν.

2 reg. 24, 6.

Ἀμὲκ Κασίς, πόλις κλήρου Βενιαμίν.

עֵמֶק קְצִיץ Jos. 18, 21.

4 Ἀμὲκ Κασίς] sic Leid., ἀ. μέκασις Vat., Ἀμέκρασις Vall.

Ἀμέμ, φυλῆς Ἰούδα.

עֲמָם Jos. 15, 26.

5 Αμαν Leid.

. . . .

Ἀμμά, ὁδὸς ἐρήμου Γαβαών.

6 ἔρημος Vat. Leid.

Ἀμμά, κλήρου Ἀσήρ.

Ἀμμαθά, κλήρου Ζαβουλών.

Ἀμμᾶν, ἡ νῦν Φιλαδελφία, πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας. κατῴκουν δὲ αὐτὴν πρότερον οἱ Ῥαφαεὶμ ἔθνος ἀρχαῖον ὅπερ ἀνεῖλον οἱ υἱοὶ Λώτ, οἱ ἀπὸ Ἀμμᾶν.

עַמּוֹן deut. 2, 19.

9 πόλις] sic Leid., ἡ πόλις reliqui. 11 Ῥαφαεὶμ] sic Leid., legebatur Ῥαφαεὶν. 12 οἱ (ante υἱοὶ)] ὁ Leid. ‖ Λώτ] sic Vat. Leid., Λότ Vall.

Ammata, in tribu Judae.

Aethon Adasai, pro quo Symmachus posuit: inferiorem viam.

Amec Casis, id est vallis Casis, in tribu Beniamin.

Amam in tribu Judae.

6 Aman *Leid.*

Amech, regio **Assyriorum**.

Amma, in desertum euntibus Gabaon.

Amma, sortis Aser.

Amathar, in tribu Zabulon.

Amman, quae nunc Philadelphia, urbs Arabiae nobilis, in qua habitaverunt olim Raphaim gens antiqua, quam interfecerunt filii Lot, habitantes pro eis in Amman.

14 Ammon *Leid.*

Ἀμμωενία, κλήρου Βενιαμίν.

עַמּוֹנָה Jos. 18, 24.

Ἀμμών, ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην πόλις φυλῆς Γάδ. αὕτη ἐστὶν Ἀμμᾶν ἡ καὶ Φιλαδελφία, πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας.

עַמּוֹן Jos. 13, 10.

Ἀμμών, κλήρου Ἀσήρ.

חַמּוֹן Jos. 19, 28.

Ἀμόδ, κλήρου Ἀσήρ.

עַמְעָד Jos. 19, 26.

Ἀμσά, κλήρου Βενιαμίν.

הַמֹּצָה Jos. 18, 26.

Ἀνάβ, φυλῆς Ἰούδα καὶ εἰς ἔτι νῦν ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως. ἀλλὰ καὶ Ἀνεὰ ἐστὶ κώμη Ἰουδαίων μεγίστη καλουμένη Δαρωμὰ πρὸς νότον Χεβρὼν ἀπὸ σημείων θʹ.

עֲנָב Jos. 15, 50.

8 Ἀνάβ] sic Vat. Leid., Ἀνάμ Vall. 10 ἀναία Vat.

Ἀναθουσαύ, ἐν Ἡσαΐᾳ. Ἀκύλας .... ἀνεστάτωσεν καὶ ἐταπείνωσεν. καὶ ἐν Βασιλείαις.

Jes. 37, 13; 4 reg. 18, 34.

13 Ἀναθουσαύ] ἀναγουγάνα Euseb. in Jsaiam c. 37 (Vall.) ‖ post Ἀκύλας lacunam indicavimus, quam Clericus ita explevit Ἀκύλας Ἀνὲ καὶ Γανά, Σύμμαχος ἀνεστάτωσεν.

Amoeniam, in tribu Beniamin.

Ammon, trans Jordanem in tribu Gad. haec est Amman de qua supra diximus Philadelphia, civitas illustris Arabiae.

Amon, in tribu Aser.

Amath, in tribu Aser.

6 Amaad *Leid.*

Amsa, in tribu Beniamin.

7 Amosa *Leid.*

Anab, in tribu Judae; nunc usque vicus in finibus Eleutheropoleos. est et alia grandis villa Judaeorum nomine Anea in Daroma, contra australem plagam Chebronis, novem ab ea millibus separata.

Aneugava, et huius Jsaias meminit, quam Aquila transtulit Ane et Gava, scilicet syllabam, quae in medio nominis posita est, in coniunctionem et est interpretatus, Symmachus vero sollicitavit et humiliavit. legimus super hoc et in Regnorum libris.

Ἀναθώθ, πόλις κλήρου Βενιαμίν. ἱερεῦσιν ἀφωρισμένη περὶ τὴν Αἰλίαν ὡς ἀπὸ σημείων τριῶν. ἐντεῦθεν Ἱερεμίας ὁ προφήτης.

עֲנָתוֹת *Jos.* 21, 18; *Jer.* 1, 1.

Ἀναθών, κλήρου Ζαβουλών.

חַנָּתֹן *Jos.* 19, 14.

5 *Ἀναθών*] *sic Leid., Ἀναθώθ reliqui.*

Ἀναμεήλ, πύργος Ἱερουσαλὴμ ἐν Ζαχαρίᾳ.

חֲנַנְאֵל *Zach.* 14, 10.

Ἀνείρ, κλήρου Ἀσήρ, κώμη Βαιτοαναία Καισαρείας ἀπέχουσα σημείοις ιε′ ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ ἐν ὄρει κειμένη, ἔνθα λουτρὰ λέγεται ἰαματικά.

נְעִיאֵל *Jos.* 19, 27.

8 *Ἀνείρ*] *Ἀν .... Leid., fortasse legendum Ἀναία.* ‖ *Βαιτοαναία*] *Βαταναια Leid., βαιτο ζ′ ἀναιά Vat.*

Ἄνεκα, νότου, μεσημβρίας.

הַנֶּגֶב 1 *reg.* 20, 41.

Ἀνέρθ, κλήρου Ἰσάχαρ.

אֲנָחֲרַת *Jos.* 19, 19.

Ἀνίμ, φυλῆς Ἰούδα. ἄλλη Ἀναιὰ πλησίον τῆς προτέρας, ἣ νῦν ὅλη Χριστια-

14 *Ανιμ Leid., ἀνσίμ Vat., Ἀνσήμ Vall.* 15 *ὅλη om. Leid.* ‖ *Χριστιανοῖς Leid.*

Anathoth, civitas sortis Beniamin sacerdotibus separata in tertio ab Aelia milliario; de qua et Jeremias propheta fuit.

Ananthon, in tribu Zabulon.

Anameel, turris Jerusalem; sicut in Zachariae libro scriptum est.

Aniel, in tribu Aser. est quaedam villa nomine Betoaenea in quintodecimo lapide a Caesarea sita in monte contra orientalem plagam, in qua et lavacra dicuntur esse salubria.

Annegeb, pro quo Aquila austrum, Symmachus meridiem transtulerunt.

Anerith, in sorte tribus Jssachar.

Anim, in tribu Judae. est vicus Anea iuxta alterum de quo supra diximus, ad

νῶν τυγχάνει οὖσα ἀνατολικὴ τῆς προτέρας.

עֲנִים *Jos.* 15, 50.

Ἀνουά, κλήρου Ζαβουλών. καὶ ἄλλη δέ ἐστι κώμη Ἀνουαβώρ, καὶ ἀπὸ Νέας πόλεως ἐπὶ τὴν Αἰλίαν σημείοις διεστῶσα ιε΄.

הַנֵּעָה *Jos.* 19, 13.

4 *Ἀνουαβωρ Leid.* ‖ *ἀπὸ τῆς Ν. Leid.* 5 *Αἰλίαν*] *sic Leid.*, *Ἀνούαν reliqui.*

Ἀνσοεμά, φυλῆς Ἰούδα, κώμη ἐστὶ καὶ αὐτὴ ἐν τῷ Δαρωμᾷ ἐν βορείοις Ἀνεών.

אֶשְׁתְּמֹה *Jos.* 15, 50.

7 *ἀσοεμά Vat.*

Ἀντιλίβανος, τὰ ὑπὲρ τὸν Λίβανον πρὸς ἀνατολὰς πρὸς τὴν Δαμασκηνῶν χώραν, φυλῆς Μανασσῆ.

לְבָנוֹן *Jos.* 1, 4.

Ἀνώβ, πόλις ἣν ἐπολιόρκησεν Ἰησοῦς, καί ἐστι νῦν κώμη περὶ Διόσπολιν ἀπὸ σημείων τεσσάρων πρὸς ἀνατολὰς ὃ καλεῖται Βετοαννάβ.

עֲנָב *Jos.* 11, 21.

16 *Βεθοαννακ Leid.*

orientalem plagam respiciens, cunctis habitatoribus Christianis.

Anua, in tribu Zabulon. est et alia villa Anua euntibus de Neapoli Aeliam in decimo milliario.

Astemoe, in tribu Judae, vicus et ipse Judaeorum in Darma ad aquilonem loci Anem.

Antilibanus; ea quae sunt supra Libanum ad orientalem plagam respicientia Antilibanus appellantur, circa regionem urbis Damasci, quae cecidit in sortem tribus Manasse.

Anob, civitas quam expugnavit Jesus, et est usque hodie villa iuxta Diospolim, quasi in quarto milliario ad orientalem plagam, quae vocatur Bethoannaba. plerique autem affirmant in octavo ab ea milliario sitam et appellari Bethannabam.

Ἀοφσὶφ ἢ Ἀφουσώθ. Ἀκύλας τῆς ἐλευθερίας.

4 *reg.* 15, 5.

Ἄρ, τόπος τοῦ Ἀρνωνά· παρὰ δὲ τοῖς ο' Ἤρ ὀνομάζεται.

עָר *deut.* 2, 9.

3 Ἤρ] *sic Leid.*, Νὴρ *reliqui.*

Ἀραβά. Ἀκύλας ἐν ὁμαλῇ. Σύμμαχος ἐν τῇ πεδιάδι. Θεοδοτίων ἐν δυσμαῖς. Σύμμαχος πάλιν ἐν τῇ ἀοικήτῳ.

עֲרָבָה *deut.* 3, 17.

5 6 Ἀραβά .... πεδιάδι] ἀραβὰ, ἀκενομ ἀλείον ἐν τῇ πεδιάδι codices; corr. Vall. 6 7 Θεοδοτίων .... ἀοικήτῳ] αἰόδ ἐν δυσμαῖς πάλιν ἐν τῷ ἀοικήτῳ codices; corr. Vall.

Ἀραβά. Ἀκύλας πεδιὰς καλεῖται καὶ ἀνωτέρω. ἔστι δὲ καὶ κώμη καλουμένη Ἀραβὰ ἐν ὁρίοις Διοκαισαρείας, καὶ ἀπὸ τριῶν σημείων Σκυθοπόλεως, ἄλλη πρὸς δυσμάς.

עֲרָבָה *deut.* 1, 7.

8 Ἀκύλας *om. Vat.* ‖ Ἀραβὰ παρὰ τοῦ Ἀκύλα ἐν ὁμαλῇ, παρὰ δὲ Συμμάχου πεδιὰς καλεῖται *proposuit Vall.*

Ἀραβὼθ Μωάβ, ἔνθα δεύτερον ἠριθμήθη ὁ λαός. Ἀκύλας πρὸς ὁμαλὰ Μωάβ. Σύμμαχος ἐπὶ τὴν πεδιάδα

14 15 Ἀκύλας *et* Σύμμαχος *om. codices, supplevit Rhenferdus.*

Aopsithe vel Aphusoth, quod Aquila in libertatem vertit.

Ar, locus vel oppidum Arnonis, quod a septuaginta interpretibus per extensam vocalem Er dicitur.

Araba, hanc ut supra Aquila transtulit planam, Symmachus interdum campestrem interdum inhabitabilem, Theodotion occidentalem.

Araba. Aquila planam, Symmachus campestrem interpretantur, sicut supra dictum est. porro est et alia villa Araba nomine, in finibus Diocaesareae, quae olim Saphorine dicebatur, et alia tribus millibus a Scythopoli contra occidentem.

Araboth Moab, ubi secundo numeratus est populus, quod Aquila interpretatur humilia sive aequalia Moab, hanc habens consuetudinem, ut eremum propter planiciem

τῆς Μωάβ, ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ Ἱεριχώ, καί ἐστι τόπος εἰς δεῦρο δεικνύμενος παρὰ τῷ ὄρει Φογώρ, ὃ παράκειται ἀνιόντων ἀπὸ Λιβιάδος ἐπὶ Ἐσεβοῦν τῆς Ἀραβίας ἀντικρὺ Ἱεριχώ.

עַרְבֹת מוֹאָב *num.* 26, 3. 63. 31, 12; *deut.* 34, 8.

5 *Ἰεβους Leid.*

. . . . ἀπέχει δὲ Χεβρῶνος σημείοις κ′ πρὸς νότον. κεῖται ἀνωτέρω.

עֲרָד *num.* 21, 1.

Ἀράμ, πόλις ἔνθα κατῴκησαν οἱ υἱοὶ Ἰοθὼρ τοῦ Ἰωβὰβ πενθεροῦ Μωϋσῇ ἐν μέσῳ Ἰσραήλ.

עֲרָד *iud.* 1, 16.

8 *Ἀράβ Vat.* 9 *Ἰοθὼρ τοῦ om. Leid.*

Ἀραμά, πόλις Ἀμορραίων παρακειμένη τῇ ἐρήμῳ καλουμένῃ Κάδδης, καί ἐστιν εἰς ἔτι νῦν κώμη ἀπὸ τετάρτου σημείου Μαλααθί, τῆς δὲ Χεβρὼν ἀπὸ εἴκοσι, φυλῆς Ἰούδα.

עֲרָד *num.* 21, 1.

11 *Ἀραμά*] *Αρα . . Leid.* 12 *Κάδης Vat.* 14 *Μαλαὰθ Leid., μαλααθ*ᶦ *Vat.*

Ἀραράτ, ἡ Ἀρμενία. ἐν ὄρεσιν Ἀραρὰτ ἡ κιβωτὸς καθίσαι λέγεται. καὶ φασὶν εἰς δεῦρο δείκνυσθαι ἐπὶ τῶν ὀρέων

ὁμαλὴν id est aequalem interpretetur et planam. denique Symmachus pro Araboth Moab campestria Moab transtulit; et est usque hodie locus iuxta montem Phogor, euntibus a Liviade in Esebon Arabiae contra Jericho; qui ita appellatur.

Arad, terminus et ipse Judae distans a Chebron millibus viginti ad meridiem, de quo supra positum est.

7 Judaeae *Leid.*

Arad, est civitas in qua habitaverunt filii Jobab soceri Mosis in medio Jsraelis.

11 Jobab] *sic Leid.*, Obab *editi.*

Arad, civitas Amorrhaeorum vicina deserto Cades, et usque nunc ostenditur villa ab oppido Malathis quarto lapide, a Chebron vicesimo, in tribu Juda.

14 in quarto *Leid.*

Ararat, Armenia. siquidem in montibus Ararat arca post diluvium sedisse perhibetur: et dicuntur ibidem usque hodie eius

Ἀρμενίας λείψανα τῆς κιβωτοῦ. μέμνηται καὶ Ἱερεμίας τῆς Ἀραρὰτ ἐν τῇ κατὰ Βαβυλῶνος ὁράσει, καὶ Ἰώσηππος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας τὰ περὶ τὸν τόπον ἱστορῶν παρατίθεται, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω μάρτυρας ὧδε ῥήμασιν αὐτῶν γράφων· »μαθὼν δὲ Νῶε ἀπηλλαγμένην τὴν γῆν τοῦ κατακλυσμοῦ, μείνας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας τάτε ζῶα τῆς λάρνακος ἐξαφίησιν, αὐτός τε μετὰ τῆς γενεᾶς προελθὼν καὶ θύσας τῶ θεῷ συνευωχεῖτο τοῖς οἰκείοις. ἀποβατήριον μέντοι τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσιν. ἐκεῖ γὰρ ἀνασωθείσης τῆς λάρνακος ἔτι νῦν αὐτοὶ οἱ περιχώριοι τὰ λείψανα δεικνύουσιν. τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου καὶ τῆς λάρνακος μέμνηνται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγεγραφότες· ὧν ἐστὶ καὶ Βήρωσος ὁ Χαλδαῖος. διηγούμενος γὰρ τὰ περὶ τὸν κατακλυσμὸν οὕτω που διέξεισιν· λέγεται

2 τῇ] τῷ Vat. 3 ὁράσει] ὅρφ Vat. 7 αὐτοῖς Vat. Joseph. antt. 1, 3, 5. 10 τὰ Voss. 15 αὐτοῖς Vat., om. Leid. 20 Βηρωσὸς Leid.

permanere vestigia. meminit horum montium et Jeremias in visione contra Babylonem. Josephus quoque in primo antiquitatum iudaicarum libro, saecularium literarum historicos proferens, „animadvertens, inquit, Noe terram diluvio liberatam, septem alios dies abire permisit, et universa animalia bestiasque patentibus claustris emittens, ipse cum sua prole egressus est, immolans deo hostias, gaudensque cum liberis. hunc locum Armenii exitum vel egressum vocant. siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur et lignorum quaedam superesse monumenta. arcae huius et diluvii omnes qui barbaras scripsere historias recordantur; quorum unus est Berosus Chaldaeus, qui super diluvio referens haec loquutus est: dicitur huius navis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere, et quosdam bitumen ex ea avellentes circumferre: quo utuntur vel maxime hi qui lustrantur et se expiant. sed et Hieronymus Aegyptius, qui antiquitates Phoenicum pulchro sermone conscripsit, et Mna-

δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος, ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν φοινικὴν συγγραψάμενος, καὶ Μνασέας δὲ καὶ ἄλλοι πλείους. καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐννενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως· ἔστι νῦν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βᾶρις λεγόμενον, ἐφ᾽ ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. γένοιτο δ᾽ ἂν οὗτος ὅντινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ Ἰουδαίων νομοθέτης.«

אֲרָרָט *gen.* 8, 4; 4 *reg.* 19, 37; *Jer.* 51, 27.

2 *κορδιαίων Cler.* || *ἔτι μέρος*] *sic Joseph. antt.* 1, 3, 6, *ἐπίμερος codd.* 8 *φοινικικὴν Cler. ex Josephi l. l.* 10 *δὲ om. Leid.* 13 *μιλυάδα Joseph.* 14 *ᾧ Leid.* 17 *ὠκεῖλαι Vat. Leid.*

seas et multi alii. Nicolaus quoque Damascenus in nonagesimo sexto libro refert: est in Armenia super Myniadem mons nomine Beris: ad quem multos in diluvio confugisse autumant ibique esse salvatos, alios vero in arcae alveo supernatantes ad eius verticem pervenisse, et usque ad multas aetates ligna arcae monstrari solita; quos quidem ego puto non esse alios nisi eos quos Moyses legifer Judaeorum in suis voluminibus edidit.“

Ἀρβηλά, ὅριον ἀνατολικὸν τῆς Ἰουδαίας. ἔστι δὲ καὶ κώμη τὶς Ἀρβηλὰ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἐν ὁρίοις Πέλλης πόλεως Παλαιστίνης. καὶ ἄλλη δὲ Ἀρβηλὰ κεῖται ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, τῆς Λεγεῶνος διεστῶσα σημείοις θ΄.

רִבְלָה *num.* 34, 11.

2 *καὶ om. Vat.* 6 *θ΄ om. Leid.*

Ἀρβώ. αὕτη ἐστὶ Χεβρὼν κώμη νῦν μεγίστη, μητρόπολις οὖσα τὸ παλαιὸν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ γιγάντων οἰκητήριον, καὶ βασίλεια μετὰ ταῦτα Δαβίδ. ἐκεκλήρωτο δὲ φυλῇ Ἰούδα, καὶ πόλις ἦν ἱερατικὴ μία τῶν φυγαδευτηρίων, ἀπ᾽ Αἰλίας ἐν νότῳ διεστῶσα σημείοις β΄ πρὸς εἴκοσι· ἡ δρῦς Ἀβραὰμ καὶ τὸ μνῆμα αὐτόθι θεωρεῖται, καὶ θρησκεύεται ἐπιφανῶς πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡ θερέβινθος καὶ οἱ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες

7 *Αρβωχ Leid.* ‖ *Χεβρὼν*] *sic Leid., Χεβρὼμ reliqui.* 10 *βασίλεια*] *sic Leid., βασίλειον reliqui.* 11 *κεκλήρωτο Vat. Leid.* 13 *ἀπ᾽ om. Vat. Leid.* 16 *τῶν*] *τὸν Vat., τὴν Leid.* ‖ *ἐχθρῶν*] *Χεβρὼν Leid., ἐγχωρίων vel ἐπιχωρίων Relandus, ἐθνῶν Vall. not.* 17 *καὶ*] *ἔνθα Vall. not.* ‖ *ἐπιξηνωθέντες Leid.*

Arbela, terminus Judaeae, ad ortum solis aspiciens. est et usque hodie vicus Arbel trans Jordanem in finibus Pellae civitatis Palaestinae, et alius hoc vocabulo in campo praegrandi, distans ab oppido Legionis millibus novem.

1 *post* terminus *Leid. add.* et ipse.

Arboc. corrupte in nostris codicibus Arboc scribitur, quum in hebraeis legatur Arbee, id est quattuor: eo quod ibi tres patriarchae, Abraam, Jsaac et Jacob sepulti sunt, et Adam maximus, ut in Jesu libro scriptum est: licet eum quidam positum in loco Calvariae suspicentur. haec est autem eadem Chebron, olim metropolis Philistinorum et habitaculum gigantum, regnumque postea David in tribu Juda, civitas sacerdotalis et fugitivorum. distat ad meridianam plagam ab Aelia millibus circiter vigintiduobus: et quercus Abraam quae et Mamre usque ad Constantii regis imperium monstrabatur, et mausoleum eius in praesentiarum cernitur. quumque a no-

7 & 8 Arboch *Leid.* 9 quatuor *Leid.* 11 magnus *Leid.* 12 libro] *Jos.* 14, 15. 13 quidam positum] conditum quidam *Leid.* 18 millia circiter XXIV *Leid.*

ἄγγελοι. πρότερον δὲ Ἀρβὼ καλουμένη, ὕστερον ἐκλήθη Χεβρὼν ἀπὸ Χεβρὼν ἑνὸς τῶν υἱῶν Χαλέβ, ὡς ἐν Παραλειπομένοις.

אַרְבַּע *gen.* 23, 2.

1 *πρῶτον Bonfr. Cler.* ‖ *Ἀρβὼ*] *sic Vat. Leid., Ἀρβὼκ Vall.* ‖ *καλούμενον Leid.* 2 *ὕστερον δὲ Leid.* ‖ *Χεβρὼν*] *sic Leid., Χεβρὼμ reliqui.*

